



Red

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii direttore

a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

PIA MEMORIA:
QUAM VIRO
PRÆNOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO, DOCTISSIMO,
AMPLISSIMOQUE,
DOMINO
M. SAMUEL I
GROSSERO,

Olsna - Silesio

Polyhistori, dum viveret, insigni;

*Augusti, quod Gorlicii in Superiori Lusatia floret, Gymnasti, Rectori
per octo & quod excurrit, Lustra, & annorum & meritorum
copia & gloria celeberrimo:*

Regiæ Borussicæ Societatis Scientiarum Sodali longe
meritissimo,

Præceptor, Patrono atque Fautori suo ad cineres usque devenerando
Postquam Anno MDCCXXXVI, d. XXIV. Junii.

Annum agens Septuagesimum Tertium vivendi finem fecerat:

Mente manuque grata dicabat

Discipulus per VII, olim annorum spatium illius fidei commissus, &
tunc, & postea, Filii ad instar, paternò amore affectuque ab illo
dilectus

GOTTFRIED BENJAMIN SCHÆL,

Landshuta - Silesius.

Evangel. Hanov. Eccl. Pastor & Consistor. Assessor.



HANOVIAE,

Typis Georgii Lœtchi, Typographi Aulici.



Te pia lacrymæ! cursum quo flestitis, ite
Ite pia testes, ite redite simul.
Ite redite simul, miscentes flumina vestra
Fluminibus *Nissi*, tristia fata cano.
Grosserus moritur, proprii pars maxima cordis
Grosserus moritur, portio chara mihi.

Grosserus moritur doctam cui debeo vitam
Per quem multa Deus munera contribuit,

Grosserus moritur, doctorum magna virorum
Ex quo provenit, copia, *Gorlicii*.

Grosserus moritur, quem *Misnia* grata revolvit
Et quem *Lusati* jugiter usque colunt.

Grosserus moritur, doctas qui tradidit artes
Neglecta simul & non pietate tamen.

Grosserus moritur, quem *Svada* & blanda *Pöesh*.
Et quem laus *Sophie* prædicat usque pia.

Grosserus moritur, commiscens utile dulci
Exacta methodo peripicuaque simul.

Magnus erat vita, *major* sermone, docendo

Maximus, in vita morteque *magnus* erat,

Magnus erat fama, *major* præsentibus actis

Maximus in doctis, quos dabat usque, libris.

Magna erat in *magno* præclara scientia rerum

Et *major* praxis, *maxima* tum pietas.

Magnum erat ingenium, *majus* per singula rerum

Judicium, simul & *maxima* vis animi.

Ludendo docuit, revera fingere ludum

Ex bene composita perdocet ille schola,

Consilio, gravitate, scholam, virtute fideque

Rexit, correxit, constituit, docuit,

Invidiam virtute, malos pietate, favore.

Ofores vicit, spe precibusque Deum.

Sic schola ea odit, amat, punit, conservat, honorat

Nequitiam, pacem, crimina, jura, probos,

Sic stando moritur, faciens finemque labore

Ne linquâ infirmâ demoritur studium.

Fir-

Firmus in infirma perrexit fingere *lingua*
 Discipulos doctos, non remorante malo.
 Corpus erat lassum, sed mens spargebat *ubique*
 Ardoris radios jugiter usque suos.
 Flos erat, ex cujus dulcedine mella parabant
 Quotquot apes unquam comproperare *queunt*,
Pictor erat, varia compingens arte tabellas
 Quotquot ab ignotis conglomerantur agris.
Fictor erat, fingens varias ex mente figuras
 Quæ profuntque *polo*, commoda dantque *solo*.
Sculptor erat, sculpens ligno ex saxoque sequaci
 Mercurium, doctis artibus usque bonum.
Ductor erat, ducens per compita pulchra *juventam*
 Artis, virtutis perspicuaque via.
Doctor erat methodo qui perfingente *docebat*
Præfuit ille scholæ, *profuit* ille simul.
 Plangite Doctores! doctum plorate *Magistrum*
Doctor Doctorum nunc simul occubuit.
 Plangite discipuli! qui vobis optima fecit
 Præcepta, & mores, flebilis ecce *jacet*!
 Iple egomet plango, qui patrem semper *amatum*
 Amitto, additum semper amore *pio*.
 Memet dimissum constante favore *colebat*
 Et scriptis studuit condecorare suis.
 Plaudentem applausu, lugentem carmine *tristi*
 Prosequitur, miscens gaudia cum lacrymis.
 Flentibus afflevit, gaudentibus omnia lætus
 Gaudia suggessit, suavit ut anta sibi.
 Hic ludi Rector tam forti pectore ut *Hector*
 Utque Hiob patiens, utque Sibylla *sciens*;
 Nunc jacet, atque alii jam fessus *lampada tradit*
 Nunc *jacet*, atque *tacet*, quid? simul ecce *viget*!
 Jam simul ecce *viget*, vivit, floretque *viretque*
 Vivit enim in Scriptis discipulisque *suis*.
 Vivit & ingenio, cultu, fama que *perenni*
 Inque meo vivit vividus usque *animo*.
 Vivit & in nato mœsto tristisque *relicto*
 Qui patrem referens floridus ecce *viget*.
Immanuel Auguste! precor, jam *angusta relinque*
Augustum queso respice, cerne *Deum*.
 Hicce per *angustum* fatum Te diriget, atque
Augustum campum contribuet *Tibimet*.
 Auge perceptum Patris nomenque *decusque*
 Perge patrem meritis condecorare *Tuis*.

Tu magno profecte Viro *majora* sequaris
 Maximus ut per Te sit maneatque pater.
Auguste Immanuel! *magne* pars *maxima* stirpis
Grosseria, pergas tramite quæso. Patris
Magnos magna decet, magnis hinc fortiter ausis
 Inhistas, patrem nomine reque gerens.
 Unicus es natus, Tibimet sint unica cura
 Patris res gestæ, redde, referque patrem!
Festina lente, patris *vestigia* calca
 Donec patris *sustigia* læta vides.
 Tu Ter-Sanctæ Deus! *viduam* solare relictam
 Monstra Te illius gnauiter esse virum.
 Vulnera quæ fecit Tua dextera, quæso revinci
 Afier opem miseris, spemque decusque Tuis.
 Serva natorum natos, vitamque domumque
Grosserianorum, protege summe Deus!
 Fac ut avus vivat, præclaro in flore neporum
 Detracta & partibus, tempora redde, suis.
 Serva, infisto, Scholam, benedic Doctoribus atque
 Discipulis, artes cum pietate bonas.
 Conserva, ut porro magnus grex inde virorum
 Doctorum, mundum repleat usque pium!
Baumeistere Tibi dicit mea Musa Salutem
 Atque Tuis Musis dulcia verba canit.
 Qui fruit in *trivjijs*, multos habet ille magistros
 Edificante Deo; macte Magister eris.
 Macte Magister eris, si doctum macte sequeris
Grosserum, hunc oculis, menteque volve, Tuis.
 Edifica regnum supremi Numinis, atque
 Destruè peccati regna, & vera mali.
 Destruè, *rectifica*, muta quadrata rotundis
 Si quid in ad *versis* moribus esse vides.
 Cœpta Deus, *mediumque* beans, *colophone* *secunder*
Edilis bonus ut, *commodus* atque *sic*
 Tu vero *Grossere* mihi dilectè quidca
 Sit Tibi terra levis, dum, *Spiritus* *hios* *reges* *artus*
 Dum memor ipse met, dum, *Spiritus* *hios* *reges* *artus*
 Dum vivam, mea sit mens, memor usque Tuis.
 Purpureos *spargam* flores, dabo lilia *plenis*
 Palmis & manibus, nam tibi *conveniunt*
 Dulce meum jam terra regit, *secedite* *plausus*
 Tristia triste *subent*, *pergite* *nunc* *lacryma*
 Pergite nunc *lacryma*, mea nunc est flere, *voluntas*
 Mors delet quem jam mens animusque *dolat*
 Doctorem amisi virtute atque arte, parentem
 Affectu, satis est, chare quiesce Pater!

78 M 428


Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!



56.

1077

RHD



PIA MEMORIA:

QUAM VIRO

PRÆNOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO, DOCTISSIMO,
AMPLISSIMOQUE,

DOMINO

M. S A M U E L I
G R O S S E R O,

Olsna - Silesio

lyhistori, dum viveret, insigni;

*ii in Superiori Lusatia floret, Gymnasii, Rectori
excurrit, Lustra, & annorum & meritorum
copia & gloria celeberrimo:*

ffica Societatis Scientiarum Sodali longe
meritissimo,

ono atque Fautori suo ad cineres usque deveneranda
ostquam Anno MDCCXXXVI, d. XXIV. Junii.

ptuagesimum Tertium vivendi finem fecerat:
Mente manūque grata dicabat

olim annorum spatium illius fidei commissus, &
Filiū ad instar, paterno amore affectuque ab illo
dilectus

RIED BENJAMIN SCHÆL,
Landshuta - Silesius.

anor. Eccl. Pastor & Consistor. Assessor.



H A N O V I Æ,

pis Georgii Loechi, Typographi Aulici

